



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.20. Joannis Moschi & Anastasii Sinaitæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

niri, cujus Auctoritate ejusmodi Baptis-  
 mus validus credi posset. Itaque Episco-  
 pus Judæum ad Fluvium Jordanem mi-  
 sit, ibi baptizandum; Philoponum vero  
 Diaconum ordinavit. Ex alia narratio-  
 ne dispicitur, Patrinos se Baptismi Va-  
 des præbuisse, si baptizati erant homi-  
 nes ignoti, aut quorum Conversio su-  
 specta esse merebatur.

## §. XX.

*Joannis Moschi & S. Anastasii Si-  
 naitæ obitus.*

Joannes Moschus Pratum suum Spiritua-  
 le ad Carissimum sibi Discipulum So-  
 phronium direxit; hinc sub illius nomi-  
 ne citatur, estque verisimile, in hoc  
 opere non modicas Sophronii partes fuis-  
 se. Istud igitur amicitiae pignus Joan-  
 nes decedens ei reliquit, & in mandatis  
 dedit, ne corpus suum Romæ relinque-  
 ret, sed in arcula lignea abveheret, &  
 in monte Sinai cum Monachis illius loci  
 sepeliret. Si Barbarorum incursiones cor-  
 pus in locum tam remotum transferri non  
 permitterent, in Monasterio S. Theodo-  
 sii, ubi primo renunciaverat Sæculo, se  
 sepeliret. Jussa perfecit Sophronius, &  
 Roma cum undecim Joannis Discipulis  
 profectus, Ascalonem delatus est, ubi  
 fama accepit, viam ad montem Sinai  
 fervente Arabum Seditioe nullatenus  
 esse

Sæculum VI.  
A. C. 619.

c. 207.

Prolog.

Hist. Eccles. Tom. VIII.

X x

esse

Sæculum VII esse apertam. Igitur sub initium Indictionis octavæ, id est, Mense Septembri anno 619. Jerosolymam venit, atque Abate S. Theodosii consentiente Beati Joannis Corpus in illud Monasterium translit.

*Boll. 21. Ap. t. 10. p. 850.* Eodem ferme tempore ex hoc Sæculo migravit S. Anastasius Sinaita editis libris celeberrimus, quorum præcipuus est *Hodegos*, seu Regula, ubi Methodus contra Hæreticos, præsertim contra Ace-

*Bibl. PP. t. 1. p. 147.* phalos, disputandi traditur. Superfunt etiam ipsius Libri undecim de Considerationibus Anagogicis in Creationem  
*Auct. Bibl. t. 1. p. 882.* Mundi, Libri quinque Dogmatici de  
*Sup. Lib. XXXVI. n. 26* Theologia, & non nulli Sermones. S. Anastasio Patriarcha Antiocheno, qui annis abhinc viginti nempe anno circiter 598. decesserat, discernendus est.

## §. XXI.

*Concilium Hispalense Secundum.*

*70. 5. Conc. p. 1663.* In Hispania Concilium Hispali sub Sifibuto Rege 13. Novemb. anno 619. Æra 657. celebratum. Locus Conventus fuit Secretarium Ecclesiæ, quæ Jerosolyma dicebatur, atque Episcopi octo, omnes ex Provincia Bœtica, inter quos S. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis eminebat, adfuerunt. Clerici quoque illius Civitatis, & duo Viri Sæculares ex ordine